

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

X. Bonum quod propter se tantum expetitur, sitne optimum?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

## X.

*Bonum quod propter se tantum experitur, sitne optimum?*

Affirmatur.

CUM bonorum partim suapte tantum vi  
experantur, neque usquam aliò referan-  
tur: ut, Beatitudo: (Mureto hujus classis  
est voluptas: Neq; enim, inquit, eam propter  
aliud experimus: ipsa per se à quocunq; senti-  
ti potest, ei desiderium incutit sui.) Alia & per  
se & allorum causa, quæ ex ipsis efficiuntur  
(ut sensus valetudinis, & virium firmitas, hæc  
enim & per se & propter vitæ commodita-  
tes, diligimus.) Alia deniq; experuntur, quod  
ad aliud quippiam conducere putentur (ut la-  
boriosæ exercitationes corporum, sectiones  
venarum, sumtiones amarorū medicamen-  
torum.) Quæritur igitur, primōne an secun-  
do generi primæ adjudicandæ sint? (terrium  
enim in hoc quidem certamen se non offert.)  
Pro secundo sic arguitur: Quod duobus no-  
minibus experitur, melius est & præstantius,  
quam quod uno tantum. Secundi generis  
bonum experitur duobus nominibus, per se,  
& propter aliud. Ergo præstantius est primo,  
quod experitur per se tantum. Nego majorem.  
Id enim præstantissimum optimum & sum-  
mè bonum est, quod tantum propter se, nul-  
lo autem

Object.

Solut.

lo autem modo propter aliud expeditur: seu ad quod ut scopum pertinent cætera, ipsum verò nusquam dirigitur, teste Aristotele. Tale Bonorum bonum propriè est Beatitudo.

finis beatitudi-

## XI.

*An voluptas quadam sit bonum si virtus est  
μερον, id est, per se expeditibile?*

Distinguitur.

VOLUPTATEM quandam, ut puriorem in primis, quæ cum natura congruit, & non habet excessum, bonum esse per se optabile, quamvis nullis aliis bonis fuerit comitatum, Aristoteles. Ethicorum innuit non obscurè. Et certum est, nos suavem concentum seu harmoniam Musicam per se expertere. Sed obstat evidenter huic assertioni duo: Primum, quod voluptas propter vitam expeditur, non è diverso: Quod antem propterea aliud est desiderabile, non est per se tale. Secundum: voluptas consequens potius est felicitatis, & tale quid, sine quo virtus exerceri nequit, quam pars essentialis felicitatis. Ad hæc objecta et si respondeti possit, ex iis quæ supra attulimus ad penultimam in questione de idea boni objectionem: tamen nunc responsionem conficiemus ex quadam bonorum rei gloria, sumta ex 1. de Repub. Platonis, quæ habet analogiam cum distinctione gene-

R 5 risim